

oculorum inflammatione, ac deinde caecitate, quae omnia funesta erant appendices abscissorum crinium. Statim ac ergo aliquis gravi capitis dolore laborat, cum oculari morbo, colicis, & vagantibus quibusdam articularum doloribus, hisce indicibus plicam agnoscat; cujus singulare est pharmacum, si quis caput aegroti defricet mollium; quarundam herbarum decoctione, ac maxime Acanthi fativi, quo plica inducitur. Ex quo morbi vis tota explicatur, cessant statim omnia, dolor, & morbus; aegri enim valetudinem restituendam sibi sumit natura. Si quis autem velit sine comam pectere, crines acu compungere, sive abscindere, effluit statim ater, densus, & abundans sanguis, ac aeger acri quodam dolore ita torquetur, ut non raro mors ipsa superveniat.

Atri huius morbi causa non ea quidem reputanda est, quae olim credita, nempe Polonorum fordes, sive humi cubationes, alioqui enim viros locupletes morbus non tangeret; sed deputanda potius algenti regionis illius aeri, quo facilis transpiratio praepeditur; computationibus immodicis spiritus vini, meri Hungarici, cervisia corruptarum aquarum; tum & usui immodico salutarum & aromatibus conditarum carniarum, unde proverbium: Polonos edere, & bibere ignem. Fufus singularem hunc morbum exposuit; sed ipsa rei novitas digressionis moram excusat. Quicumque plura de illo velint, adeant, praeter geminos illos Scriptores supra laudatos, Joannem Agricola(m), Rodericum Fossecam (*), Joannem Collem (c), Janum Abrahamum à Gehema (d), Michaelem Gehlerum (e), Joannem Thomam Minadour (f), Theophrastum Veridicum Scotum (g), Honuphtium Bonflium (h), qui de hoc argumento scriperunt.

Hanc reddimus pronomem, naturalem & physicam, ac maxime simplicem sanguinei sudoris explicationem. Cum autem exemplis magis quam rationationibus, ab exemplis maxime pendentibus, persuademur, exempla ejus rei plura profereamus in medium, qua ex Historicis fide dignissimis, qua ex observationibus Veterum quorundam & recentiorum Medicorum.

Suppetunt magno numero exempla sudoris vari coloris & naturae. Suberoccos tum & virides spectasse tradit Avicennas l.2. cap. de sudore; & in alio Libro atramento similem alium se vidisse asserit, cujus erat causa in melancholiam referenda (i). Refert Olaus Borrichius oculatus testis (k), similem alium sudorem in femina phthisi laborante, quae sudando convaluit. Alsharavius Arabs (l) meminit rubri & arenosi sudoris. In Germanis Ephemeridibus legitur sudor lacteus, oleosus, vires, violaceus; nec multis ante annis DD. Gelly, & Geofridus, Medici Facultatis Parisiensis, spectarunt aegrotum, qui post morbum pustularem intra viginti dies interit, sudans caerulei coloris humore, quo eodem colore panniculi circa aegrotum infecti sunt. Retenta diu-

ius urina urinaeum sudorem reddidit sicut & excrementorum odore infectus sudor aliquando expressus est (m). Apulejus in priori Apologia narrat, Crassum post instructissimam cenam lavantem, vino sudasse. Vidit Franciscus Zypeus (n) hominem quendam, post epotum Hispanum vinum, sudantem humore, qui vinum colore & odore referebat; cum rhabarbarum gustasset quidam croco sudavit, ut legitur in Ephemeridibus Germanis ex Christiano Menzelio relatum. Haec certa fide constantia satis probant adversus Scalgerum fieri potuisse, ut sanguine sudaretur; contendit enim Scaliger, Aristotelem non nisi imperite locutum de sudore sanguineo, quem Scaliger ipse nec possibilem cenet, nec se legisse unquam ejus exempla profiteretur (o).

Nec minori copia succurrunt exempla sanguinis, è partibus quibusque corporis exsudantis. Erumpit interdum ex auribus, ex oculis, è gingivis. Matronam quandam vidisse se refert Bartholinus (p), cujus manus dextera & facies vix tacta sanguinis guttis rubebant. Quoties Georgius ille Castriotus (q) Rex Illyrici, cognomento Scanderbegus, i. e. Dominus Alexander, ad pugnam adversus Turcas, quorum erat infestissimus adversarius, procederet, sanguine stillabat è labiis. Notus est etiam sudor sanguineus sub axillis.

Henricus ab Heres (r) refert de Belgia quodam, qui semel ac Spadanis aquis potaretur, regrediens à fonte manens sanguinem reddebat stillantem ex axillis. Paria refert Pezolandus (s) de viro 66. annis sene, ex intermedio digitorum pedum secundo sudorem emittente. Apud Antonium Benivenium (t) legas de juvene 36. annorum ætatis, egerente singulis mensibus sanguinem per cutis meatum, iuxta regionem jecoris; quem cum invisurus venisset Scriptor ille, nec cicatricem seu vulnus ullum offendens, de re ipsa primum dubitavit, sed post alterum mensem iterum ad illum se conferens, vidit eo loci fluentem usque ad libra pondus sanguinem, & quod mirum est, post sanguinem locum observans, salva omnia invenit. Fernellus (u) Medicus primarius Henrici II. & Medicus itidem Facultatis Parisiensis, è vasis capillaribus cutis ad regionem jecoris fluentem sanguinem observasse se asserit. Tandem res est exploratissima, sepius etiam sanguine sudatum; quod si ex causis internis sive externis repetendum est.

Externa huius causa est angustia Hemorrhoidalis, i. e. sanguine fluens nomine ex effectu indito. Ejus morfu vehemens primum dolor; tum intumescens se veneno, fibrae omnes sanguinis adeo dissolvuntur, ut per sudorem toto corpore effluat (x). De illo agit Nicander, in Opere de theriaca, & Lucanus in Pharsalia l.9.

..... Sic omnia membra Emisere simul rivitulum pro sanguine virus. Sanguis erant lacryma: quacumque foramina novit Humor, ab his largus manat cymor: ora redundant, Et

m Appendix Ephemerid. Germanic. ann. 1688. n Fundam. Medica Physi. ca, par. 2. cap. 3. art. 17.

o In Scaligerianis.

p De Cruce Hippomen. 4. de sudore sang.

q Marinus Barletius, de vita & morte Scanderbegi, cum epitome Georgii Barthol. Fontani à Breitenberg. r Observat. Medic. rarior. seu fons Spadanus. Lugd. Batavi. in 12. 1685. observat. 23.

s Observ. Ura. tistavia, 1715. in 12. t De abditis morbor. caus. Basilea in 8. 1529. p. 20.

u Patholog. l. 6. c. 4. Paris. 1567. fol.

x Diador. l. 171. p. 560.

b De Helotide seu Plica Polonica. Basilea deced. 4. disputation. Joan. Genabii in 4. 1620. * Consultationes medicae ubi de Plica Venetis 1618. fol. c Methodus parandi succunda, ubi de Plica Venet. 1628. in 4. d De morbo Plica. Haga Comit. 1683. in 8. e De Plica deced. 3. Joan. Genabii. Basilea 1620. in 4. f De corporis turpitudinib. Patav. 1600. fol. g Plicomastix. Dantisci 1668. in 4. h De Plica Urat. slavica 1712. in 4. i In Cantic. k A. Hafnien. Bar. tholin. 1672. 21. pag. 155. l Lib. practice. sect. 2. 17. 31. c. 19.

Et patula naves: sudor ruber: omnia plenis Membra fluunt venis: totum est pro vulnere corpus.

Jacobus Grevinus Medicus Facultatis Parisiensis in Tractu de Venenis 1568. Antuerpia in 4. pag. 85. refert, serpentem hunc brevi esse corpore, è genere vipera- rum, colore subnigro, arctissimo collo, & duobus albenibus cornibus distinctum. Legitur pariter apud Georgium Marg- gravium histor. Brasiliae l. 6. anguis Ibyara, cujus morfu sanguis è naribus, ex oculis, ex auribus, ex ore, ac tandem è poris om- nibus provocatur tantà copia, ut raro eo incommodo affectus convalescat.

P. Kircher Jesuita in suo Scrutinio Pestis refert, notos esse in regione Quito angues bicaudatos, quorum morfus ex omnibus cor- poris poris sanguinem provocat. Sunt etiam sudorifica quaedam plantae, juxta Ga- lenum (y), quibus sanguineus sudor ex- primitur; cujus generis credimus Haman- ibem P. Kircherii, quam Courtautus in sua Apologia appellat Hemagogam, sive her- bam Galenicam, non dissimilem Stachyo; crevit autem in Pyrenaeis, & cuncti applica- ta exprimit sanguineum sudorem.

Petrus de Osma in epistola datà Peru- via a. 1568. ad Monardum Medicum, ut refert Marcellus Donatus (*), nosse se dicit In- dum, qui pervicacissimos morbos depelle- bat, succum quandam herbae applicans, & defricans ad juncturas, tum verò partem incalescentem stragulis operiens: quo facto, aliquandiu post sanguineus sudor ex arti- culis omnibus provocabatur. Clymatis etiam mutatio inter externas causas refe- renda est; advenit enim, cum Americam venerint, ex hiatibus omnibus corporis san- guinem reddunt, quod morbi genus in- Martinica appellatur morbum Siam (z); sudant etiam sanguine è poris omnibus cutis.

Causae internae sunt aer pestilens; sed potissimum animae passiones. In lue suda- re interdum sanguine visi sunt plures, quod perniciosissimum est morbi symptoma: Nar- rat Schenckius (a), a. 1554. in lue Mife- ni foeminam eo morbo affectam triduo sanguine sudasse. Conradus Lycosthenes (†) observat a. 1552. foeminam lue infe- ctam è poris capitis omnibus sanguine stillasse.

Tandem passionum violentia factum est interdum, ut sanguineus sudor exprime- retur; ne quid enim moremur sanguineos sudores relatos ab Aristotele [b], Gale- no (c), Theophrasto Eresio in suo tra- ctatu de sudoribus, & Rondeleto (d), Du- rius in Ephemeridibus Germanicis Obser- vat. 179. narrat de juvene, qui in carcere clausus tanto affectus est terrore, ut corpo- re deficiens, in pectore, manibus & brachiis sanguinem redderet sudorem. Refert etiam Rohnius Lentilius in istdem Ephemeridibus, puerum quendam, unà cum duobus fratri- bus suis suppeidio damnatis, ejusdem cri- minis consortem, cum supplicium fra- tram spectaret, sanguine toto corpore su- dasse.

D. Fagon Medicus Facultatis Parisien- sis, in sua Thesi 25. Januarii 1665. co- rollar. 5. Ergo, scribit, sudor sanguinis à natura vi. Sed & sensibus facta, fides est, consecratam Virginem impurissimis, siccis ad eam corrumpendam advolantibus super horrore mundissimum sanguinem è venis su- doris specie cum vita profudisse.

Virorum fide dignissimorum relatione, tenere se scribit Collius (e), a. 1583. vi- rum quendam carcere detentum Parisiis sanguine sudasse. Scribit Maldonatus, ho- minem robustum, & integrà sanitate, cum primum audivit contra se mortis senten- tiam, sanguineum sudorem toto corpore emi- sisse. Quod pariter de viro morte damnato legitur in Vita Sixti V. (f) per noctem ma- gnà copia sanguine sudante. Observat autem D. Leti ejus Vita Scriptor, viros illos, qui propius rem totam examinandam sus- ceperunt, existimasse, sudorem illum non nisi lacrymas esse, dolore & desperatione è glandulis lacrymalibus expressas, & in- flammatione rubeascentes; quod illis succu- rebat, persuasus non nisi divino miraculo fieri potuisse, ut sanguis per transpiratio- nem è vasis suis eliceretur. Optime illi, si non nisi lacrymae viri hujus rubeferent; sed non de lacrymis tantum agit historia.

Miscellanea Historiae & Litteraturae P. D. Bonaventurae Arragonii Carthusiensis, vulgata sub nomine Vignolii Marvilli (g), ferunt de muliere defuncta Parisiis ex ef- fuso sanguinis sudore, ut ne gutta quidem sanguinis post ejus obitum in vasis super- esset. Meminit Thuannus Histor. l. 10. Pre- fecti Montis-marini, qui captus ab Augusto filio spurio Principis Salutarum, & morte intentata ni ipse dederet Urbem, tanto moerore affectus est, ut sudarit sanguine & aqua. Continere autem me non possum, quin in calce huius Dissertationis, singu- laris cujusdam sanguinei sudoris historiam referam, quae Genavae contigit a. 1703. Nar- rat autem in epistola data 5. Decembris ejusdem anni à D. Saporitio Medico ejus- dem Urbis; & inseritur cum nonnullis animadversionibus celeberrimi D. Vallis- nieri, Medicinam Paduae profitentis, in Ephemeridibus Germanicis a. 1712. cen- tur. 1. observat. 20.

Puella 18. ann. ætatis, integrà ad id usque valetudine, post levia quaedam in- commodata, valido stomachi morbo arrepta est; tum sanguinem excreavit violentà ex- pressum tussi non sine laterum dolore & respirandi difficultate. Is morbi status qua- triduo duravit. Exceptit deinde ingens ca- pitis dolor, & sanguinis magnà copia è naribus effusio; nec tamen inde vi morbi remittente, sanguinis alia emissio è bra- chiis & pedibus facta est. Supervenit car- dialgia, & sanguinis vomitus; tum san- guinis è naribus emissio, dein iterum vo- mitus sanguineus, nequidquam renitenti- bus pharmacis astringentibus & narcoticis à Medico adhibitis. Post aliquot dies san- guis profluxit ex auribus, è summis digi- tis manuum & pedum, sicut etiam ex umbi- lico & angulo oculi; post hæc sudor è medio pectore, & interiori ac exteriori

e Tract. de Sanguine Christi in 4. Mediolani, 1617.

f Per Gregor. Leti l. 6. p. 39.

g Tom. 3. pag. 179.

utriusque manus parte, tum ex eo pedum loco, unde sanguis educitur; ac triduo post è mento & nasi extremitatibus, quod 14. diebus duravit.

Testatur autem D. Saporitius tot sanguinis erogationibus nequaquam factum esse, ut ægrotans puella multò languidior redderetur; paruisse autem in manu tantum sinistra leve quoddam veluti morsus vulnus, cuius tamen ne vestigium quidem deprehendebatur in pectore, sive aliis in locis, unde sanguis effluerat; nihilque doloris in ea sanguinis erogatione sentiebat, nisi cum ex intima manus parte disfluere. Post decem dies, sanguinem multò pallidiorem, quàm solet, animadvertit Medicus, & acrior in puellâ manus dolor; quo indicio egresso sanguinis ex eo loco designata. Nec mora, effluxit veluti sudor sanguineus, disfluens tanquam ex altè inflicto vulnere, cuius tamen nullum vestigium supererat in cute post emundationem; momento post sanguis è vicino poro disfluit,

tum ex altero etiam poro; ac postea ad languentis sinum panniculus sanguine itidem infectus est. Hæc oculatum testem spectasse se tradit D. Saporitius; aliorum autem relatione tenuisse scribit, triduo post sanguinem in formas crucis, spinæ coronæ, aliorumque mysteriorum Passionis Jesu Christi profuisse; facillè, ait, quòd fluens sanguis casu varias figuras, utcumque Passionis similes, referret, unde ea credulis persuasio inducta.

Post hæc exempla neminem futurum arbitror, qui sanguineum sudorem naturaliter possibilem negans, rem totam in Christo divino prodigio deputet. Testor autem non invitus, hæc omnia debere me D. *Alliot de Mussey*, Medicinæ Doctori in facultate Parisiensi, itemque medicinam profitenti, qui observationes suas mecum, qua est humanitate, communicavit, eo officiorum additamento ut muneris pretium magnoperè ex eo augetur, quòd mihi sua proferenda tribuerit.

DISSERTATIO

DE OBSIDENTIBUS, ET POSSIDENTIBUS corpora Dæmonibus.

Veteres Christianæ Religionis adversarii, prodigiorum Jesu Christi, Apostolorum, & primorum Christianorum evidentiam convicti, cum veritatem in dubium revocare nec auderent nec valerent, vim eludere tentarunt, contententes, rem totam tribuendam magicæ cuidam operationi, sive Dæmonum Principi, sive arcanorum quorundam verborum vel naturalium rerum virtuti. Opponebant alii Jesu Christi & Apostolorum prodigiis prodigia Numinum, Magorum, & Heroum apud Paganos. Pellere Dæmones in nomine Beelzebub Jesum Christum contendebant Judæi; Pagani vero collatas à Jesu Christo ægrotis sanitates conferebant cum vulgatis Æsculapii; sicut & prodigia Apollonii Thyaniæ pari habebant gradu cum prodigiis Apostolorum. Nostrâ ætate ingenia, quæ cæteris superiora se jactant, Philosophiæ utuntur, ut prodigiorum, de quibus Sacra Scriptura, vim totam eludant. Sunt enim arcana quædam naturæ, simplicium vires quædam occultæ, est mira quædam vis phantasiæ, sunt præpostere inducta infantia & educationis præjudicia, sunt certæ regulæ motuum, sunt hyperbolicæ quædam loquendi formulæ in Scriptura, quibus omnibus totam vim prodigii viri illi deputant, contententes omnia ad naturales regulas referri optimè posse.

Nos hic ea tantum revocabimus in exa-

men, quæ de Dæmoniacis feruntur. 1. An fieri possit, ut Dæmones corporibus insideant. 2. An insideant reipsâ. Afferenda ducimus primò quæcumque in contrarium validiora opposita sunt argumenta; dein congruâ illa responsione diluimus, adversam sententiam firmantes, quæ argumentis ex Scriptura, quæ è ratione deductis, Cum autem res nobis sit cum Philosophis, Patrum autoritatem Patrum morabimur; tunc tantum illam attulisse contenti, cum adductis à Patribus illis rationibus roborabitur.

ARTICULUS I.

Rationes negantes reipsâ dari Dæmoniacos.

Quos vocamus Dæmones, naturæ sunt merè spirituales, quibus nulla proxima in corpora actio responderet. Sunt ergo impossibiles Dæmoniaci. Nihil enim aliud eo nomine intelligimus, quàm Dæmones proximè & naturaliter in hominum corpora agentes. Si quis autem reipsâ possibilem contendat, saltem ad prodigium confugere necesse est; repugnant enim exploratis naturæ legibus. Nulla autem congrua ratio succurrit, cur Deus hanc Dæmoni potestatem indulgeat; videretur enim aliqui uno agere consilio cum isto quæ gloriæ suæ, quæ humani generis adversario; scandalo propterea esset pusillus, plus nimis

exag-

exaggerans de potestate Dæmonis, ideam; Dæmonis, inquam, interdum ludibrio habentis vim exorcismorum, & quidquid in religione est maximè sacrum: tandem nullâ necessitate prodigiorum numerus multiplicaretur. Prodigium esset enim quòd homo à Dæmone possideretur, prodigium quòd liberaretur ab infestissimo hospite; prodigium tandem quòd ab illo non perimeretur.

Tandem si quis statuat, Dæmonem reipsâ oblidere energumenum, agnoscere necesse erit in uno eodemque homine duo agendi veluti principia, duos spiritus, qui sive alter post alterum, sive ambo simul ad agendum illum impellerent, nimirum Dæmonem & animam. Porro duo illa principia, indole inter se & voluntate contraria, mutuo committerentur, alterum ab altero dissiparetur, nec corpus in medio hujus certaminis diutius subsisteret. Quam non exerceat tyrannidem Dæmon, si corpus sibi subigeret? Quid non diceret, quid non faceret? Quodnam corpori illi discrimen? An conceptæ hæc de re ideæ aliquid simile respondet in historiis? Quid non assequeremur, pendente Dæmone? quid scientia homines lateret?

Occurrunt interdum pueri statim à Baptismo, & homines morum sanctitate exempti, qui tamen iniquissimo adversario committuntur possidendi. A Deo rem hanc indignam permissam quis credat? Nonne ad alteram confugere interpretationem præstaret, reputantes e.g. vitio id morbi factum esse? Neque enim ultionis exigenda gratiæ permissum id à Deo credi par est; sunt enim moribus castissimis: nec experimenti de illis capiendi consilio; sunt enim ante usum rationis infantes, qui experimentis illis nihil proficerent. An hæc omnia valuerint ad gloriam Dei promovendam? ut quid igitur non occurrant in omnibus locis & temporibus? cur integras per Orbem Nationes intactas Dæmon relinquit?

Unde verò fit, ut plerumque eo affectas incommodo non offendas, nisi gentes & regiones maximè omnium superstitiosas, sive spiritu & mente inebelliores? Nunquam profectò species viros doctos, integræ sanitate, ab omni superstitionum præjudicio vacuos, in Dæmonis potestatem & possessionem venisse. Si quis examine tentet Dæmoniacos istos, spondeo futurum, ut omnes ad unum deprehendantur tetro quodam melancholicæ humore teneri, vel saltem affici morbo aliquo cerebri seu partium nobilium corporis, cujus morbi vi spiritus labascit.

Ea quidam persuasionem tenentur, quasi Dæmones citra Religionis dispendium, citra Scripturæ contemptum negari pervicacius non possint. Sed apage territacula puerorum. Maximum potius Religioni præstatur obsequium, si à superstitionum & fædorum prodigiorum feculentia repurgentur. Prodigiorum indiscriminata farrago in Religione vera & asserta labefaciatur, & audaciora facit, procacia quædam ingenia, ut negent indiscriminatum omnia. Est autem Dæmonis in corpora hominum pos-

Dissert. Calmet Tom. II.

sessio prodigium inter maxima: à legibus omnibus naturæ recedit Deus, ut corpus possidendum Dæmoni permittat. Quo semel posito miraculo, alterum consequi necesse est, ut scilicet vis omnis & potestas Dæmonis citra necem miseri illius hominis cohibeatur; nec nisi tertio prodigio semel possidens corpus illud Dæmon expellitur.

Si quis verò statuat, unum idemque corpus à pluribus simul Dæmonibus insideri, uti de Maria, quam septem Dæmones possedisse legitur Luc. 8. 2. de viro Gadareno, quem legio inhabitabat (a), nova, insuper & nova prodigia cumulabuntur. Si datis temporum intervallis, & veluti iteratis aggressionibus, ut in singulis lunationibus [b], vel in recurso morborum, torqueri Dæmoniacus constituitur, iterum ad nova prodigia; ex quo enim nova hæc supernaturalis aperitur via, nunquam per illam proceditur, nisi nova interim & nova infernantur prodigia. Rationes physicae omnes ad aggressiones illas per intervalla explicandas loco cedunt, si Diabolo tribuantur, succeduntque supernaturalia omnia; est enim supra naturam Dæmonis in hominum corpora obsessio.

Neque è re est nostræ Religionis, ut veritas ejusmodi defendatur. Nihil enim inde five de Numinis potentia demitur, sive Jesu Christi prodigiis derogatur. Semel enim ac reipsâ dari energumeni negentur, non proinde continuò negatur, Deum pro arbitrio tollere, augere, refrænare vim Dæmonis valuisse. Id tantum contenditur, Deum scilicet adversus constitutas sibi leges eâ indulgentiâ facturum; repugnatum pariter commodis Religionis exaggeratis plus nimio prodigiis; ac tandem iræna. Dæmoni plus nimio laxaturum; sicut etiam in veritatem assertorum prodigiorum creaturam invidiam, quòd scilicet ab energumenis multa patrarî supra vires naturæ, adeoque prodigia autmaremus. Quæ si vera sint, quis demonstret incredulis, prodigia SS. Petri & Pauli non in Dæmonem, sed in Deum referri oportere? Hanc calumniam struxisse Judæos adversus prodigia Jesu Christi, quæ Beelzebub tribuebant, legitur Jo. 8. 48.

Nec incipiamur plenam esse in Jesu Christo potestatem, patrandis tot tantisque prodigiis, quot satis essent ad asserendam divinitatis & missionis suæ veritatem. Quando ergo negamus oblatos illi Dæmoniacos, è Dæmone reipsâ possessos, asserimus illi tamen virtutem Dæmones pellendi; si forte opus fuisset; asserimus factum ab illo prodigium eo morbo depulso, quo languentium illorum seu corpus seu mens vel tandem cor ita afficiebatur, ut in eam persuasionem venirent. Maximo est sanè prodigio, si dicto citius valerudo restituitur lunatico; surdo, muto, quæ omnia incommoda à Dæmone intus agente inducta censebantur. Potentiæ Divinæ summum esset decus, si tantum valere demonstraretur, ut posset Mariam ad bonam frugem convertere, & ab ejus corde non septem Dæmones reipsâ obsessos, sed totidem capitalia crimina, seu totidem malas ha-

I i 2

bi.

a Marc. 5. 9.
Luc. 8. 30.

b Matth. 17.
14.